

Epistola Iohannis II

D

Dens charitas est: et qui manet in charitate in deo manet: et deus in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscum ut fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor poenam habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: quoniam deus hoc dilexit nos. Si quis dixerit: quoniam diligo deum et fratrem suum odierit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt: deum quem non videt quomodo poterit diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: ut qui diligit deum diligat et fratrem suum.

1. Jo. 3. g. j. Cor. 4. d. Eph. 5. a. Phil. 3. c. 1. Thessal. 4. b.

1. Jo. 3. g. j. Cor. 4. d. Eph. 5. a. Phil. 3. c. 1. Thessal. 4. b.

A

Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus: ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit et eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei cum deum diligamus: et mandata eius faciamus. Hec enim est charitas dei ut mandata eius custodiamus: et mandata eius graviora non sunt. Quoniam omne quod natum est ex deo vincit mundum: et hoc est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum: nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem: Iesus Christus. Non in aqua solus: sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testificat: quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo: pater verbum: et spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus aqua: et sanguis: et hi tres unum sunt. Si testimonium horum accipimus: testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est: quoniam testificat quod est filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimonium dei in se. Qui non credit filio: mendacem facit eum: quia non credit in testimonium quod testificat est deus de filio suo. Et hoc est testimonium quoniam vitam eternam dedit nobis deus: et hoc vita in filio eius est. Qui habet filium dei: habet vitam: qui non habet filium dei: vitam non habet. Hec scribo vobis ut sciatis quoniam vitam habetis eternam: qui creditis in nomine filij dei. Et hoc est fiducia quam habemus ad

1. Jo. 3. g. j. Cor. 4. d. Eph. 5. a. Phil. 3. c. 1. Thessal. 4. b.

1. Jo. 3. g. j. Cor. 4. d. Eph. 5. a. Phil. 3. c. 1. Thessal. 4. b.

deum: quia quocumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos. Et scimus: quia audit nos: quicquid petierimus. Scimus: quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: peccat et dabit ei vitam peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est: et est peccatum ad mortem. Scimus: quia omnis qui natus est ex deo non peccat: sed generatio dei perseverat eum: et malignus non tanget eum. Scimus: quoniam ex deo sumus: et mundus totus in maligno positus est. Et scimus: quoniam filius dei venit et dedit nobis sensum: ut cognoscamus deum verum: et simus in vero filio eius. Hic est verus deus et vita eterna. Filii: custodite vos a simulacris.

Explicit epistola beati Iohannis apostoli prima Incipit argumentum in epistolam eiusdem secundam.

Quis adeo ad sanctam feminam scribit: ut eandem dominam non dubitet litteris appellare: eiusdemque filij testimonium quod ambulat in veritate probat.

Explicit argumentum Incipit epistola beati Iohannis apostoli secunda. Cap. I

Senior: electe domine et natum eius quos ego diligo in veritate: et non ego solus: sed et omnes qui cognoverunt veritatem propter veritatem quam prima venit in vobis: et vobiscum erit in eternum. Sit vobiscum gratia multa pax a deo patre: et a Christo Iesu filio patris in veritate et charitate. Huiusmodi sum valde: quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate: sicut mandatum accepimus a patre. Et nunc rogo te dominam non tanquam mandatum novum scribes tibi: sed quod habuimus ab initio ut diligamus alterutrum. Et hoc est charitas ut ambulemus secundum mandata eius. Hoc enim est mandatum: ut quemadmodum audistis ab initio in eo ambulare: quoniam multi seductores